



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 19. De Compassione matris lesv.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

virtutis studium in aperto habere , quod studium cum ab omnibus Christiani nominis officiuni , tum à religiosis sua professio exigit , Cogitent illi Saluatoris sententiam . Qui erubescit me coram hominibus , erubescam *Luc. 9.*  
*& ego eum coram Patre & Angelis.*

7. Laboremus in eo , vt semper nobis ante oculos versetur imbecillitas nostra : neque securi simus quod bona voluntatis conscijs nobis simus. Instabilis est voluntas , & quavis tentatione mutatur , nisi à Deo seruetur & confirmetur.

8. Quamquam è peccato nostris nos viribus sine ope diuina erigere non possumus : tamen serui Christi , qui bona voluntate illi seruiunt , si forte in defectum aliquem incident , singulari quodam modo , per secretas inspirationes à spiritu sancto aspiciuntur & subleuantur , quod videimus in Petro.



## MEDITATIO XIX.

### DE COMPASSIONE MATRIS IESV.

#### PUNCTA MEDITATIONIS.

#### EX HIEREMIA PROPHETA.

1. *Plorans plorauit in nocte , & lachryma eius in maxillis eius. Non est qui confortetur eam ex omnibus caris eius.* *Thren. 1*

2. *Cui comparabote , vel cui assimilabote ,* *Thren. 2*  
*M. 4* *filia*

, neque endum te , ne esset A- tore su- qui oc- i sunt. probū. t, mor- os indi- est ob- erfectio- ur , ne s negli- em dor- denique nes ad-

iquem, illo ha- trus fe- missum catione est posse Petrus, est sape re flere, etri, qui ectu hu- nt , aut virtu-

*filia Hierusalem, cui exequabo te, & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua; quis medebitur tui?*

*Thren. 3 Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.*

## D O C V M E N T A.

1. **M**ater Domini appellata fuit Maria, id est amara. Ita & nos amaritudine molettiarum, & dolore de peccatis facilius in anima concipiems Iesum, quam multarum consolationum suavitate.

2. Quanquam videatur nos Dominus aliquando relinquere, subtrahens consolaciones internas: nequaquam tamen cogitandum, amorem illius in nos diminutum esse; sicut Matrem, et si in tanto dolore & moerore versari sit passus, non desit tamen plus omnibus rebus creatis amare.

3. Si B. Virgo, quanquam vehementer amaret filium suum Iesum (cum enim ipse esset summum bonum, amorem infinitum merebatur) tamen ne sua voluntas à Patris aeterni voluntate diuersa esset, pro mundi salute, lubens passa est illum sibi auferri: maiori multò ratione decet nos seu pati spoliationem, seu impendere vltro bona omnia fortunæ, ipsamque adeo vitam si ita exigat, vel diuinorum præceptorum obedientia, vel proximi salus, quin & ferendum est, vt Christo aliquando priuemur, id est, consolationibus spiritualibus: idque pro amore ipsius Christi, & ad proximos, qui illius membra sunt, adiuuandos.

4. B. Virgo cum captus esset Christus filius eius, neque cum Apostolis fugit, neque domi hæsit,

hæsit, sed egressa vt illum inueniret, coniunxit se illi, non sine magno animi sui dolore, mansitque cum illo ad finem usque. Sic nos in rebus aduersis & temptationibus, non debemus fugere quæ molesta sunt, aut ea iniuiti impatienterque sustinere, nedum cessare a bonis actionibus, quoquo modo possimus exercendis: sed potius quæsituim ire Christū, atque illius exemplum, tanquam speculum intueri, atque vñā cum illo fortiter ad mortem usque crucem ferre.

5. Si Domīna noſtra, gratia plena, in tātas tamē anxietates & mōrōres incidit, vt d̄lor ipsius comparetur mari: quoniodo nos peccatis pleni, nihil volumus pati, speramusque nos sine vllare aduersavitam acturos?



## MEDITATIO XX.

### CHRISTVS DEDVCI- TVR AD PILATVM ET IVDAS PERIT.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Summo mane ducentes eum in Con- Mat. 27  
cilium quæsuerant: An ipse esset Mar. 15.  
Christus, seu Messias. Luc. 22.

II. Christo affirmante (vt prius) surgēs  
omnis multitudo, duxit eum ad Pila-  
tum.

III. Iudas videns eum condemnatum,

M 5 retu-

con-  
t enim  
ebitur  
riauit

Maria,  
udine  
eccatis  
quam

aus a-  
olatic-  
ndum,  
, sicut  
re ver-  
anibus

amaret  
t sum-  
batur)  
volum-  
ubens  
ltō ra-  
eu im-  
ipsam-  
horum  
salus,  
uando  
ituali-  
proxim-  
s.  
filius  
domi  
hæsit,